



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

46. De serij motibus miserationis, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

μοι τῶν τελεῖται· τοῦ γέφρονος μέλος, οὐ μέλος, οὐ βραχὺ λεῖψανον. ἀλλ' οὐ μὲν ὅλον διδασκά-
ται, αὐτὸς τελεῖται μέλος, αὐτός τελεῖται μοι δοκεῖ τὸ παντάπατον, εἰ μὴ τῷρες
τελεῖται μέλος, καὶ τὸν καὶ τελεῖται μέλος, τὸν τελεῖται μέλος συμφοράς.

DE SERIIS MOTIBVS
Miserationis.

Et de prudenti eorum tractatione.

CAPVT XLVI.

Placuit hanc exemplorum copiam ex clari-
ssimis quibusque scriptoribus explicare,
quod nihil imitatione sit in hoc genere di-
cendi praestabilius. Cæterum mens totius elo-
quentiae prudentia consulenda est, que quid,
quoniam ordine, & loco dicendum, suggerat.

timia viro admirabili necessitas esset denun-
tiata, & omnes, qui aderant, suaviter colla-
chrymarentur, ille amicorum lachrymas co-
ercens:

Vbi præceperat, inquit, sapientia? ubi tot per
annos meditata ratio aduersum imminentia?
cui enim ignaram fuisse sauvitiam Neronis?
neque alius superesse post matrem, fratrem
que imperfectos, quam ut educatoris, præce-
porisque necem adiiceret?

Quid Socrates apud Platonem? qua con-
stantia mortuus num longe melius, & ad affe-
ctus potentius est, consummatæ sapientiae vi-
ros ita loqui, quam flebiles alias nanias occi-
nere? Quippe virtus ipsa, & magnificentia, in
qua grauitas, & auctoritas est, plus proficit
ad misericordiam commouendam, quam hu-
militas, & obsecratio.

Hoc igitur imprimis considerandum erit
Oratori, apud quos dicat, & quem personam agat. Dicendum in curia, in foro, apud pru-
dentes, & limatos homines: in oratione etiā
funebri apud populum, loco sacro: facessant
illæ naniæ muliebres, & quicquid est ambi-
tiosum lachrymarum. Tota, si opus est, gra-
ui dolore conditior oratio. Si Domini, vne-
randi, cruciatus, aut martyrum tormenta nar-
rentur, motibus quidem opus est, & ijs ve-
hementioribus: sed tamen retinere oportet
maiestatem, nec inquam in illos muliebres,
incitatores, vulgantes affectus demigrae.

Secundū proficiendum est, quod tandem
enafurus sit hic motus, nam si inanis tantum
spectatur profusio lachrymarum, quid hoc
sterilius? Omnia, que ex rectoratione geruntur,
ad bonum aliquod solidum collineare oportet.
Si miferationes tractat patronus, ad vni-
litatem causæ faciant; si sacer orator in ijs

Cicerone non Quamobrem & nimia nonnunquam affec-
in omnibus etiā tenuitudo luxurias M. Tullius, quos
affectionib[us] i-
cessit ab eo prudenter adhibitos fuisse tanti vi-
riauthoritas credi postular, haud tamē in
omni orationis genere, & loco imitandos
suaderem.

Liu. 5. Vide querimoniam Pauli Aemilij, qui in-
tra triumphi sui celebritatem duos, totius fa-
milia column, filios amiserat, quam sobria
est, & excelsa.

Defunctam esse fortunam publicā mea tam
insigni calamitate spero, quod triumphus meus,
velut ad ludibriū casuum humorum,
duobus funeribus liberorum meorum est in-
terpositus. Et quum ego, & Perseus nunc no-
bilia maxime fortis mortalium exempla spe-
& emam: ille qui ante se captiuos, captiuos ipse
duci liberos vidit, incolumes tamē habet, ego
qui de illo triumphai, ab alterius funere filij
ad alterum, accurrit ex Capitolio, prope iam
expirantem, veni, neq; ex fata stirpe liberum

Tacit. I. 15. supereft, qui Lucij Aemilij Pauli nomē ferat.
Seneca mo- Grauis est istud doloris exemplum: nec mi-
ruri supre-
nas generosa extat apud Cornelium Tacitum
moratio. Seneca moritur supraemoratio: cū enim vl-

Finis metu!
*um quia esse
debet.*

se exerceat, conetur non steriles lachrymulas,
sed fletus salutares elicere.

Tertio, nunquam videatur orator velle lachrymas ciere, & in id artis machinas compонere. Audax est alienos fletus sibi polliceri, hoc qui expectant auditores, pertinacius obluctatur, ac quicquid affertur, sua expectatione minus exultant.

Quarto, infantissima eorum ratio diligenter fugienda, qui cum apparatas orationes recitent, sibi aut verba suspirijs intercludi, aut vocem lachrymis debilitari, aut ipsos etiam auditores, fluctum tenere non posse dicunt, cum omnia frigidè, & insulsè facta appareant. Hęc ad comicos risus, quam ad miseraciones aptiora sunt.

Quinto, cum iuxta verus Apollonij Rhetoris dictum, citò arescat lachryma, non modò quia falsa est, ideoque ipsa acrimonia facilius consumitur, sed quia alienorum praesertim malorum levissimum est olissensus, quia generatim (vt soleat omnes) se diligunt, nunquam diu in miseratione commemorandum est, siue enim lenta sit & iacens, ideo citius abrumptuenda, quia nihil in condita miseratione infelicius, siue secundos cursus teneat, non est animis indulgendum, ne latitare, & futilio, quod rebus etiam optimis innasci solet, obruatur.

Sexto, vbi res per se sunt satis tristes, & fuita, qualia sunt dira innocentissimorum hominum supplicia, non sunt adscirijs rebus, & figuris temerè exaggeranda, ne videamur argumenti penuria, & sterilitate res alienas excogitare.

Septimo, danda est opera, vt honesti sint auditus, & recessus ad effectum, & aditus quidē talis esse debet, vt non videatur quæsitus apparatus, sed vt eius, qui repente excitatur motus aliqua subtile ratio videatur. In quo errant plerique, qui antequam intellexerint auditores, quid velint, aut in quo arguento versentur, statim incipiunt futere, & insanire, cum nulla causa tam atrocis tempestatis appareat, ex quo coniuncti auditores, Claudiana forte tonitrua, quæ statim in risus soluentur. Recessus vero talis erit, vt non exhaustus, nec satiatus, sed sui potens, confulso in aliud sermonem, cum apta quadam digressiuncula sermonem diuertere orator videatur: nisi forte in extrema parte orationis verletur motus, & desuetus ex abrupto oportuum iudicetur, quanquam hoc rarius præstandum est, nam

aut affectionem habet, aut intemperantis motus opinionem relinquit auditoribus, aut etiam in opere verborum, & memorie conturbationi, a plerisque imperitis tribuitur.

Octavo, character orationis in miserationibus esse debet minimè affectatus, non turgidus, non insolens, non festivus, non politulus metaphoris compritus, aut periodorum structura ambitiosus, sed candidus, sobrius, & cum generositate aliqua demissus, rebus & sententijs creber, numeris simplex, toto denique corpore ingenuus.

Nono, accedit ad elocutionem actio, rebus, & verbis accommodata, cuius tanta vis est, in hoc præsertim genere, ut lectissimos quoque affectum, sive eius beneficio inclinati, repeate, extinguiri videamus: contra, vel mediocres affectus decorum actionis incendere, & in extremam quandam dignitatem efferte solet. Sed de tota actionis ratione alibi plenius.

Quarto fortasse hic aliquis, hanc apparandum motus oratori? videtur enim haec agendi ratio clarissimorum hominum sententijs non mediocriter auersari. Siquidem Demetrius Phalereus aperte dicit:

Εγειρόμενος οὐδὲ πάθειαν τὸν μαλακὸν σώματον οὐδὲ τὴν πάθησιν τοῦ πονηροῦ μέτωπον φέρειν. Τόνον νύν διασκούσαι τὸν πόνον τὸν πονηρόν, οὐδὲ τὸν πάθησιν τοῦ πονηροῦ μέτωπον φέρειν. Οὐδὲ πάθειαν τὸν μαλακὸν σώματον οὐδὲ τὴν πάθησιν τοῦ πονηροῦ μέτωπον φέρειν.

Hoc est, quod Dionysius Halicarnassensis dicit,

εὐτρόφως, οὐδὲ πάχυντας λέγειν.

Nec immixtū videtur irrisiile Satyricus eos, qui ad misericordiam mouendam appetissimas afferunt orationes.

— cantas, cum fractate in trabepictum Ex humero portes? verum, nec nocte para-

sum

Plorabit, qui me valet incurvassis querela.

Quae si vera sunt, nihil igitur erit eloquenti, quomodo, aut quid dicat, cogitandum: nam, cum difficilissima pars eloquentiae videatur in motibus consistere, si nulla, quod aiunt, arte indigent, quid est, quod magna opere putemus Oratori elaborandum?

Verum, nunquam hec fuit mens eorum, qui declinatione lycore iudicarunt: Si quis vere iratus est, aut dolet, non solet opinor cogitare in ipso permissionis astu, quomodo dolorem, aut iracundiam verbis depingat, faces adhibete natura.

Verum,

Verum, quia oratorum est, non tam irasci, aut dolere, quam aliorum iras, & dolores exprimere, summa arte prouidendum arbitror, quomodo id recte prestatre possint; alioqui, si nihil est artificij, dicamus quoque pictores, dum furiosum Athamantem, & incertem Antipam depingunt, nihil artis beneficio indigere, quando rem oportet facere, quam maximum naturalem. Nemo tamen hoc dicit, ne mago ita iudicat, sed eos artificissimos esse putamus opifices, qui propius rerum naturas assequuntur.

Ita quoque se res haberia eloquentia, motuum solens quedam ratio magnifica res est, & eximiorum oratorum coloribus digna, nec dubium est, quin multum id impendant industria.

Quorsum igitur contra sentire grauissimi vindentur authores? Primum eos reprehendunt, qui cum nihil opis habeant a natura, morosa quadam opera, & infelici labore motus parvunt, de quibus dixit Pindarus.

— κορανες οι

Ταρπότονδις πρὸς τονχανθέαν.

Deinde illos, qui in rebus afflictis, tristibus, calamitis, vel certe feliis, & grauibus videntur floreculos carpunt delicatissima orationis; & in doloris motibus, ingenii luxuria, figurarum mollitie, periodorum denique laci-noso ambitu intemperanter lasciuunt. Hos omnes iure Critici Rhetores ineptiatum condemnant.

Quintil. llii. Commoueaturne quisquam eius fortuna (inquit Quintilianus) quem tumidum, ac sui iactantem, & ambitiosum instinctorem eloquentiae in aincipiti sole videat? non: imo oderit rerum verba auctoratem, & auxium defama ingenij, & cui esse diferto vacet.

Quamobrem in his summa cura est egre-
gios oratoribus, quomodo artificium occul-
tent, ut quod ait idem auctor. Illa, quae dici-
mus, non domo attulisse, sed ibi protinus sum-
psisse videamur, & oratori, & ipsi causâ plu-
riumin confert: nam, & magis miratur, & ini-
nus timet iudex, quae non putat aduersus se
preparata.

Non dicit domo non esse afferenda, quae Aristoteles dicitur, sed ita agendum, ut non videamur les artes atulisse, quod similiter Aristoteles, z. Rhet. regendam. *Ato δει λαθάνει, πολύτας, η μη δοκεῖ λε-* dicit.

γερ πειλατείωσι, άλλα περικότερα.
O portet (inquit) artem ita obscurare, ut non Aristoteles ex illo apparatu, sed omnino naturaliter diceat. Videamur: quod si quedam molliores figurae in oratione translucant, quae sine cura, & cogitatione fluere non possunt, statim ars deprehenditur, & vis motus sedit. Nam, ut ait Dionysius in Isocrate;

Κα πειλατέος πάς ει απόδη διφορπά-
γμα, η πολεμειώτατη ρήτωρ. Oratio nimis elegans, & festiva in rebus serijs, intempestiu-
res est, & mitterationi contraria.

Alia plerunque ratio est Poetarum & sophistarum, qui omnia aurum delectatione metiuntur: licet enim modum in ijs quoque tenere debeat, tamen longè suas artes produnt liberius, quam ij, qui non iam argenteis hastis pugnant, sed graue & laboriosum discrimen ingressi sunt.

Poetica §.
Sophistica
in motibus orationis
ab orato-
ria disce-
sa.
Nunc, quae ad actionem attinent, et si breuius perstringere visum est, tamen quia aliud argumentum spectant, in sequentem libellum reje-
mus.

Finis Libri Octauii.

Iii

D E